

Alte Drucke

APOLOGIA || FRANCISCI || MONTANI PRO SOCIETATE || IESV IN GALLIA. || CONTRA ANTONII ARNALDI || Aduocati Parisiensis Philippicam. || Ex Gallico in ...

Richeome, Louis

Cracoviae, 1597

Caput XLVI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154864

CAPVT XLVI.

Iesuitas Iuuentutem Gallicam non deprauare.



Vid ampliùs habes de Iesuitis? *Hispanismo*, inquis, imbuunt iuuentutem, hoc est, iuuenes Gallie red-
dunt Hispanos, vt semper aliquos Hispanie adij-
ciant, & quasi lucrifaciant. Sed si intellexisti id,
quod tibi superiùs respondi; plura, quàm velis, nisi fallor,
reperies, quæ ad hoc secundum tuum propugnaculum de-
turbandum valeant. Nam si Iesuitis causâ nulla suppetit,
cur Regem Hispanie ad orbis Monarchiam euehant; minus
vtiq; causæ habebunt, cur iuuentutem Gallicanam efficere
velint Hispanicam. Rem enim aggredierentur, non modò
sibi inutilem, sed & humanis viribus ferè superiorem; cùm
difficilimum sit, genium & ingenium Gallicum mutare in
Hispanicum. Adde præterea, si Iesuitæ *Hispanismo* iuuen-
tutem Gallicam corrumpunt, vt tu dicis, tantoq; conatu
crucem rubram in Gallorum pectoribus insculpunt, idem
eos facere, vbicunque degunt, vt ita magis magisque Hi-
spanicam istam Monarchiam propagent: at in toto orbe de-
gunt, in Bohemia, in Polonia, in Germania superiori & infe-
riori, & in celebrioribus vrbibus earundem regionum, imò
Agustæ Vindelicorum, vbi ne tertia quidem pars ciuium
Catholicam fidem sequitur. Degunt etiam in tota Italia. Si
ista munia obirent pro bono Regni Hispanie, sumptibus
istarum Rerumpub. & Principum, putâsne forè, vt tolera-
rentur, & non quantocyùs exterminarentur? Nulla enim
affectio tenerior est, nulla validior & violentior, quàm præ-
eminentiæ amor: nulla æmulatio potentior, & vindictæ ap-
petentior, quàm quæ de regali dignitate existit. Nec quis-
quam est, qui regnum suum & statum tantî non pendat,

quantū Rex Hispaniæ suum; nec quisquam præter te Iesuitas in suspicionem huius rei adduxit. Est igitur hoc Ministrorum & hæreticorum commentum, quicundo mendaciorum & calumniarum vento hoc tempore ad exagitan- dos Iesuitas, & si Deus finat, penitus obruendos vsi, ubiq; plenīs buccis perflant, & vt germani filij Regis ventorum & vanitatum, dæmonis inquam, pandunt omnes ingenij sui quasi speluncas, ventis magis tumidas, quàm Æoli ca- uernas, vt turbines & tempestates excitent in Iesuitas, quos tantum amant, quantum amabat vana illa Iuno Troianos, quibus horrendum illud carmen occinebat:

1. Aeneid.

Gens inimica mihi tyrrhenum nauigat equor,

Incute vim ventis submersasq; obrue puppes.

Isti igitur buccinatores folles tuos inflarunt, ventoq; com- plerunt, vt in Iesuitas Parisiis insanis clamoribus detonares, foribus occlusis, vbi magno quodam miraculo in lucem produxisti illam ingentem nauim Iesuiticam, translatam ab altero mundi extremo ad alterum, spatiis intermediis non transcursis: neq; vnquam antehac in Sequanæ ripa visam; neq; vnquam nisi à septem octoūc annis audita sunt illa: *ex Hispano, ex Hispania, inuentus Hispanismo infecta*, & id genus alia ventosa vanitate tumentia. Nam tempore Caroli IX. non fiebat Hispanorum mentio nisi in bonam partem, sed hæretici non odio nationis, Angli enim & Germani magis exosi debent illis esse, cum maiora mala intulerint Gallia, quàm alia quæuis natio: non odio nationis, inquam, sed Religionis, conati sunt Hispanos reddere inuisos & odio-

Quid hæretici sos prætextu Reipub. & regni, & nomine *Hispani* significa-
intelligent no- re voluerunt subtili quodam artificio bonos Catholicos,
mine *Hispani*. quod passim facis in tota tua actione, magno honore

Hispanos, quod non aduertis, & Gallos
magno dedecore afficiens,

CAP.